HISTORIA DIPLOMATICA
FRIDERICI SECUNDI

SIVE

CONSTITUTIONES, PRIVILEGIA, MANDATA, INSTRUMENTA QUÆ SUPERSUNT
ISTIUS IMPERATORIS ET FILIORUM EJUS.

ACCEDUNT EPISTOLAE PAPARUM ET DOCUMENTA VARIA.

COLLEGIT, AD FIDEM CHARTARUM ET CODICUM RECENSUIT, JUXTA SERIEM ANNORUM DISPOSUIT
ET NOTIS ILLUSTRAVIT

J.-L.-A. HUILLARD-BRÉHOLLES.

AUSPICIIS ET SUMPTIBUS

H. DE ALBERTIS DE LUYNES,

UNIUS EX ACADEMIAE INSCRIPTIONUM SOCIIS.

TOMUS I.

PARS I.

PARISIIS
EXCUDEBANT PLON FRATRES,
36, VIA DICTA VAUGIRARD.
MDCCCLII.

Data in civitate Messane, anno dominice incarnationis MCCXII, mense martii, XV indictionis, regni vero domini nostri Federici Dei gratia gloriosissimi regis Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, in Romanorum imperatorem electi, anno XIV, feliciter. Amen.

Fridericus rex arripiens iter eundi in Alemanniam, XVI kalendas aprilis quod fuit sabbato Palmarum applicavit Gaietam (1), ibique honorifice receptus. . . . . . mansit per mensem. . . . . . et ivit Romam. *Chronic. Foss. Novae,* ap. Muratori, *Script.*, t. VII, p. 892. **Gaietae, 17 martii.**

Fridericus rex Siciliae, in Romanorum imperatorem electus, Petro Sancti Marcelli presbytero cardinali suam capellam apud Amalphiam in ruinam vertentem concedit, permittitque ut illam evertat et illius bona ad domos transferat quas ipse cardinalis ad usum canonicorum et pauperum sustentationem apud Amalphiam erexit. **Gaietae, martio.**

(Memorat. ap. Boehmer, *Regest.*, p. 70, n° 37, ex copia seculi XVI apud Amalphiam a Bethmanno communicata.)

Datum Gaiete, anno dominice incarnationis MCCXII, mense martii, XV indictionis. . . . .

Fridericus rex Siciliae, in Romanorum imperatorem electus, **Romae, aprili.**

---

(1) Legitur inepte in impresso *Beneventum* vice *Gaietam*. Correximus autem, auctoritate Riccardi de S. Germano fulti, qui recte dicit : « Navigio vectus a Gaietanis *Gaietam* venit; ad quem » Riccardus de Aquila Fundanus comes et domini de Aquino vadunt. »